



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Duplex status ecclesiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

se multa bona: uirtutibus, sacramentis, scripturis, diuersis sanctorum generibus, eam ornans & decorans, pascens eam similitudine, melculo & oleo, Ezech. 16. quod est fide S. Triadis, uel sacra scriptura, uel sacramentis ecclesiasticis, &c.

Que attendens Augusti. in hæc uerba ebuccinat.

Ego uero, inquit, Euangelio non crederem nisi **Obserua.**

me catholice ecclesie commoueret authoritas, quibus ergo obtemperauit, dicentibus, credite Euangelio. Cur eis non obtemperem, dicentibus.

Noli credere Manichæo: hæc August. cōtra Epistolam Manichæi, quam fundamenti uocāt, ca. 5.

Simili modo Hiero. ad Minerium, plenè buccis intonat. Meum propositum est, antiquos legere,

probare singula, retinere quæ bona sunt, & à **Arrige au**

de catholice ecclesie nō recedere, &c. Breuiter: **res excu-**

Ecclesia fouet, orat, benefacit: At ingrata **Soboles** **Ecclesia**

rursus tribus modis ipsam matrē impugnat: **tribus mo-**

Atrabili, uerbis, cruciatibus. **dis impu-**

gnatur.

Duplex status ecclesie.

Est autem 2. status ecclesie, uterq; perpetuus, **CONTE**mplatiuorum, Qui omnibus temporalibus abrenunciantes holocaustum protogono, id est, primogenito offerunt. **ACTi**

VORVM, Qui uictimas cadunt seipfos per pœ-
nitentiam mortificantes: unde Ecclesiasticus, ca.
35. Salutare sacrificium est attendere mandatis,
et discedere, ab iniquitate.

Martyres recentiores in ec-
clesia, Qui.

O insensati tardiusculi Galatæ, quis uos fas-
cinauit? Quis illam inobedientiam uo-
bis incussit? Date Episcopos Hussitæ: ad-
ducite capulares senes prædecessores catholicos:
ubi mitrati Episcopi uestri: ubi sunt qui laue-
runt, cum Lino, Cleto, Clementi, Alexandro, Si-
xto, Calisto, Urbano, Fabiano, Cornelio, Sixto
2. Pontific. Roma. et cum quibus pari successu
fortiter pugnarunt, Laurentius, Cyprianus,
Carthagineñ. Episcopus, Ignatius Antiochenus
Episcopus, (qui ad bestias damnatus, uide so-
phronium, et lachrymas excutiet historia) Po-
lycarpus (Iohannis Zebedæi discipulus, Smyr-
neorum Episcopus, Dionysius Alexandrinus;
Athanasius, Cyrillus, Chrysostomus, &c. San-
ctissimis pontificibus, &c. Qui, inquam, laue-
runt stolas suas cum illis in sanguine agni?
Quales fuerint authores, à quibus, hoc nouum
dogma

Laurētius
Sixti PP.
Archidia-
conus an.
353.
S. Ignatius
anno do-
mini 101.
S. Cypria-
nus an. do.
254. aliij
260.